



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Praefatio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

# PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

**Q**uanto benevole Lector, Sanctissimæ Matris Ecclesiæ fructu, Celeberrimum Tribunal Sacramentale, Gloriosæ Memoriam Patris Petri Marchantij, Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, quōdam Definitoris Generalis, ac per Provincias Germano Belgicas Commissarij, prodierit in lucem, altera ab auctore aucta, probat Editio, & do-

P R Æ F A T I O

& doctissimorum Virorum,  
de fundamentali ejus do-  
ctrina, indicat sententia. Hu-  
jus tam Eximij, omniumque  
semper favore ac affectu ce-  
lebrati operis; ad Confessa-  
riorum & pænitentium, o-  
mniumq; mortalium com-  
modiorem usum, tantiq;ue  
patris perennem gloriam,  
quâ scilicet magis fulgeat  
post funera virtus: epitomen  
succincte ac summam,  
sententiæ tamen & stylo ipsi-  
us tenacissime inherendo,  
concinnare studui: ut sicut  
ventus per tubæ angustias  
pref-

AD LECTOREM.

pressus, foras erumpens, gratissimo sono campum adimplet, ita tanto Patri debita Laudum Encomia, per compendiosa hujus Epitomis contenta transeuntia, in animis mortalium, suavissimo sono resonent, Gloria enim si quæ huic opusculo tribui posset, ita in gloriam Auctoris, ut mihi ne minimum præter laborem vendicem, redundet necesse est. Agnosco quidem cum Ecclesiaste, huic libello nihil inesse novi, neq; me dicere posse hoc recens est: Si tamē intentionis meæ  
sco-

P R Æ F A T I O

scopum curiosius inquisie-  
ris, laborem quoque non re-  
spues, sed conscientiarum  
directioni utilissimum judi-  
cabis. Speculum enim toti-  
us vitæ humanæ, juxta o-  
mnes omnium hominum  
status, oculis viventium  
subjicit, nam in quatuor  
Tractatus, nimirum; de sta-  
tu Ecclesiastico, Monastico,  
Politico & defunctorum di-  
stributa, statui cuilibet, obli-  
gationes & peccata facili sty-  
lo & grata brevitare clarissi-  
me demonstrat, Quis vero,  
hujus mei laboris fructus  
spe-

AD LECTOREM.

sperandus, tu lector benevo-  
le Sanctuarij trutina ponde-  
rans, dijudica, & exiguo hoc  
opusculo frueri, meque tuis  
Deo optimo maximo suf-  
fragijs commenda.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Fragment of text from the adjacent page, including the words: **D**, **& S**, **De**, **A**, **H**, **sto**, **dij**, **in**, **De**, **Ecc**, **& S**, **run**.